prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello, Conventione ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Leszczynski Krempskiemu Cedit et statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Andreas Nadwan Leszczynski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibusque Iuribus, Iurisdictionibus que suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Generosae Hedwigis Zaporska Consortis suae legitimae, pro cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine, De omni et integro Iure suo in fra scripto videlicet de Causa et actione Iudiciaria per se Recognoscentem et supra scriptam Generosam Consortem suam ac alios in processu Causae specificatos Nobilibus Fedoro Turanski Kisiel dicto, Stephano Turanski Skiber atque Petro Wyporzanski, tum subditis de Villa Turze et alijs in Processu Causae specificatis, in Causa Ratione per eos Diversorij in Villa Turze siti, hospitij videlicet sui Regentis tempore nocturno superinvasionis, Concussionis Convulnerationis, rerum in Vim praedae et spolij receptionis, et aliarum violentiarum perpetrationis. Processu Causae de praemissis ratione, primum ad Officium Castrense Capitaneale Praemysliense institutae, tandem per viam motionis, ad Iudicium Tribunalitium Regni Lublinense cum Generoso Wyporzanski pro eius Interesse pertinentem devolutae, ac ibidem agitatae, ac ipsa pena infamiae in termino Conservato, ex delatione vero Infirmitatis eidem Generoso Wyporzanski Concessae obtenta et publicata, totoque et integro Processu ea in Causa obtento et

perducto

et perducto, ac quibusuis protestationibus, relationibus et quouis rigore Iuris, Cum omni praemissorum Iure proprietate, Competentiaq; et praerogatiua quauis, cumq; omnibus et singulis Processus praedicti atq; praesentis Iuris Cessi Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadijs ligamentis, ac ne ribus generaliter vniuersis, nihil ex praemissis Iuris proprietati ac Cuius uis Competentiae et praerogatiuae pro se Recognte Suisq; successoribus aut alio quopiam reseruando, seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula ipsumet Recognoscentem concernebant, ac eidem legitime seruiebant. Iam ex nunc et defacto Gnosis Petro Krempski et Helenae Leszczynska Coniugibus legitimis, et ipsorum successoribus, Caccepta ab ipsis pro praemissis omnibus suo pro Interesse et praefatis Gnosis Comptantis sua plenaria et sufficienti satisfactione, Cessit et Condescendit praetendo. Omneq; et integrum Ius suum sibi ad praemissa seruiens, in personas eorundem Gnosorum Krempskiorum Coniugum Cessionariorum suorum et ipsorum successorum, totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporauit, prout transfert, transfundit, et incorporat praesentibus. Per ipsos Gnosos Krempskie Coniuges Cessionarios suos, et eorum successores, hocidem Ius praesens Cessum, praemissorum omnium et singulorum, cum vniuersis eorundem vtilitatibus et emolumentis, competentiaq; et praerogatiua quauis tenendi habendi et possidendi; illisq; quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad suos et suorum successorum quouis beneplacitus, vsus fructus libere et effectualiter conuertendi, Iuris originalis ea omnia latius in se Complectenti, praesentisq; Cessi et transfusi Vigore. Nihilominus idem Recognoscens Gnosus Andreas Radwan Leszczynski debebit et tenebitur, prout se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisq; pecuniarijs quibusuis habitis et habendis supranominatis Gnosis Petro Krempski et Helenae Leszczynska Coniugibus legitimis Cessionarijs suis et ipsorum successoribus inscribit et obligat praesentibus, praefatam Gnosam Heduigim Zaporska Consortem suam legitimam cum personali sui assistentia intra Decursum Duodecem septimanarum, ad approbandum per ipsam Inscriptionem praesentem Cessionariam

nam vel similem suo pro Interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia, vel in eventu mortis successores illius adducere et personaliter statuere, ab eaq vel eius successoribus ut praemissa debite exequantur efficere, alias sub Damnis Terrestribus simpliciter absq Corporali Iuramento taxandis et educendis per
2134 eundem Recognoscentem sive eius posteros suprascriptis Gnosis Krzepslim Coniugibus Cessionarijs suis, vel eorum successoribus ob non statuitionem eiusdem Gnosae Consortis suae statuendae vel in eventu mortis successorem illius, pro tempore et loco superius expressis ad solvend succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absq Corporali Iuramento taxandis modo praemisso ad solvendum succubitis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non Completa Complenda praefataq Consorte sua non statuta statuenda Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Andreas Radwan Leszczynski, sive eius Successores, Ad Instantiam praefatorum Gnosorum Petri Krzepski et Helenae Leszczynska Coniugum Legitimorum Cessionariorum suorum vel eorum posterorum, Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc receptu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, Damna praetacta Terrestria luere Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari; ad munimenta ad Evictionem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem pterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes

pellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia per Oris simplicibus vel triplicatis euasionibus, suspensionibus, fatalijs, Iuris, praescriptione Terrestri bello, Conuentioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo, Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante. 2135

Feria Quarta post Festum Sancti Martini Pontificis proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

Kupczynski M. Szczawinski et Golanskiego. atq alios Quietat.

1269

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Nobilis Ioannes Kupczynski Commilito Cohortis Loricatae Illustris et Magnifici Andreae à Potok Potocki Palatini Kiouien, Halicien, Leżaysčen etc. Capitanei, sub praefectura Gnosi Ioannis Koribortki Vice=wachmagistri Cohortis eiusdem, sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et Competen recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Magnificum Constantinum Casimirum Szczawinski Castellanum Cruscicien et Gnosum Andream Golanski, et subditos de Villa Komorowice possessionis ad praesens suprascripti Gnosi Andreae Golanski Arendatorii subiectos et ipsos Successores, de Causa et actione Iudiciaria, videlicet de Protestationibus quibusuis, Obductionibus vulnerum Relationibus Ministerialium et quouis Processu Iudiciario ratione sui Conuulnerationis, equorum et rerum violentae receptionis, et aliarum violentiarum coram Actis Officij praesentis factarum sufficienter et plenarie sibi Regni pro praemissis omnibus per manus